


AN. XVII. - N. 107

MM. OCTOBRI ET NOVEMBRI

AN. D. MCMLXVII



PALAESTRA LATINA

SUMMARIUM

- Compositiones vertendae.
De Frontone, ORTH.
B. Baptista Mantuanus, Fr. FRANCISCUS.
Carmen vindemiale, MAULEÓN.
Nova et Vetera, MIR
Domus invisit, SARMIENTO.
Commerciū epistulare,
Epistolia soluta.
Bibliographia, ASPA, FLANAS.
Curiosa et jocosa, MARIUS, SALA, MAULEÓN.

Ordinarii et Superiorum licentia

Compositiones vertendae

PLAUTO (VI) ⁽¹⁾

En el país montañoso (1) que se llama Umbría, no lejos del río Sapi (2), entre Ravena y Arimino, hubo una ciudad llamada Sarsina (3), cuyas aguas termales (4) no fueron menos celebradas (5) entre los antiguos que las de Baya (6), y cuyos abundosos (7) pastos le merecieron el sobrenombre de «la rica en leche» (8), como la llama Silio. En aquella ciudad nació el padre (9) de la comedia latina hacia el año 500 de la fundación de Roma (10). Cuándo y por qué (11) vino a Roma, no se sabe, pero es verosímil que vino por el convencimiento de su propio saber y por la ambición de gloria (12) como ya lo habían hecho antes otros muchos poetas.

NOTAS: 1. *Regio aspera ac montuosa* (CAES. *De bello civ.* I, 66; 3. 42). — 2. *Sapis, is, m.* — 3. *Sassina.* — 4. *Aquae calidae; aquarum calidarum fontes.* — 5. *Nobilitus.* — 6. *Bajanus.* — 7. Póngase en vez del adjetivo un substantivo abstracto: *Pascuorum ubertas; ubertas agrorum.* — 8. *Sissina dives lactis* (SIL. *Pun.* 8, 461). — 9. *Parens, pater; también princeps* — 10. *Post Romam conditam.* — 11. *Quo tempore*

quare de causa (perf. subj.) — 12. *Fretus ingenio suo et gloriae cupiditate impulsus.*

6 **Nec tua Bajanas Sassina malit aquas* (MART. 9, 58). — 9.*«Padre» en sentido figurado para indicar el fundador de una rama de las artes o ciencias, o el que primero la ennoblecio con sus obras se dice tanto *parens* como *pater*: «*Socrates qui parens philosophia jure dici potest*» (*De fin.* 2. 1).

DEBERES DE LOS DISCIPULOS PARA CON SUS MAESTROS

Habiendo hablado mucho del oficio de los maestros, esto sólo quiero (1) advertir (2) a los discípulos, que (3) amen a sus maestros no menos que los mismos estudios y crean que son padres (4) no de sus cuerpos sino de sus inteligencias (5).

Este afecto (6) ayudará (7) mucho para el estudio, pues de esta manera oirán con gusto y creerán lo que les digan y desearán (8) ser semejantes a ellos y acudirán finalmente alegres y presurosos (9) a la escuela; si fueren corregidos (10) no se enfadarán, si alabados (11) se alegrarán y merecerán por su aplicación al estudio (12) ser muy apreciados (13).

Pues así como el deber de aquéllos es enseñar, así el de éstos es mostrarse (14) dóciles; de otra suerte no basta lo uno sin lo otro. Y así como en vano se espacería la simiente (15) si el surco bien preparado (16) no la mantuviere caliente, así la eloquencia no podrá arraigarse (17) sin la común concordia (18) del maestro (19) y del discípulo (20).

NOTAS: 1. Omítase el verbo. — 2. *Mōnere.* — 3. *ut.* — 4. *Parentes.* — 5. *Mens.* — 6. *Pietas* — 7. *Conferre* — 8. *Concupiscere.* — 9. *Alacer.* — 10. *Emendati.* — 11. *Laudati.* — 12. «aplicación al est.» = *studium.*

— 13. *Carissimus.* — 14. *Praebere se.* — 15. *Semina.* — 16. *Praemollitus.* — 17. *Coalesce.* — 18. *Sociatus.* — 19. *Tradens.* — 20. *Accipiens.*

1 Haec compositio praecedere debet illam, quae in fasc. 106, p. 359 edita est.

EDITORIAL

GRAFICAS CLARET

TEXTOS PALAESTRA.

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

1.^o y 2.^o Cursos:

<i>Historiae Sacrae Compendium</i>	
	(2. ^a edición) 4'00 ptas.
<i>Epitome Historiae Graecae</i>	
	(3. ^a edición) 5'00 "
<i>C. Nepotis Vitae Excellentium Imperatorum</i> (<i>en prensa</i>)	
<i>Primer Curso de Lengua Latina</i>	3'00 ptas.
<i>Segundo Curso de Lengua Latina</i>	5'00 ptas.

REPETITORIUM	{ en cartoné 12'50 ptas.
	{ en tela 15'00 "

3.^o y 4.^o Cursos:

<i>Ciceronis Epistulae Selectae</i>	3'00 pts.
<i>Caesaris de Bello Civili</i> (<i>agotado</i>)	
<i>Ciceronis in Catilinam</i> (I. ^a)	3'00 pts.
<i>Ciceronis pro Archia poëta</i>	3'00 pts.

5.^o y 6.^o Cursos:

<i>Sallusti de Catilinae Conjurazione</i>	
	4'00 pts.
<i>Vergilii Aeneidos liber II</i>	4'00 "
<i>Horatii Carmina Selecta</i> (<i>en prensa</i>)	
<i>T. Livii Historiae Selectae</i>	6'00 "
<i>De Orthographia Latina</i>	3'00 "

7.^o Curso:

<i>Prudentii Carmina Selecta</i> (<i>agotado</i>)	
<i>Homeri Odyssea</i> (<i>canto 1.^o</i>)	5'00 pts.

Edición de sólo texto latino:

<i>Ciceronis Epistulae</i>	1'00 pta.
<i>Ciceronis in Catilinam</i> (I. ^a)	1'00 "
<i>Ciceronis pro Archia</i>	1'00 "
<i>Salusti de Catilinae Conjurazione</i>	2'00 pts.
<i>Vergilii Aeneidos liber II</i>	2'00 "
<i>T. Livii Historiae Selectae</i>	3'00 "

Otras obras de la Editorial

<i>Las Maravillas de Fátima</i>	<i>Fonseca, S. J.</i>	8'00 ptas.
<i>Fátima y el Corazón de María</i>	<i>Ribera, G. M. F.</i>	4'00 "

Devocionarios del P. Ribera:

<i>Mi Jesús</i>	6'00 ptas..
<i>Dios conmigo</i>	4'00 "
<i>Querubín</i>	2'75 "
<i>Ángel de la Infancia</i>	2'00 "
<i>El Niño Piadoso y la Niña Piadosa</i>	4'00 "
<i>Ángel de la Juventud</i>	5'00 "
<i>Mi Primera Comunión</i>	5'00 "

**¿Desea un Diccionario LATINO-ESPAÑOL
EXACTO, CORRECTO, ELEGANTE, para la versión española?**

Lo encontrará en el **Diccionario**
del catedrático **D. Eustaquio Echauri**

Contiene una lista muy completa de PRETERITOS y SUPINOS, otra de nombres propios y un Diccionario Español-Latino. Señala, además, la cantidad de la VOCAL, que es lo que tiene verdadera importancia.

Forma un tomo de 850 páginas en 8.^o —Ptas. 30— 5.^a edición

OBRAS DEL MISMO AUTOR:

Crestomatía Latina, para los siete cursos.

Gramática Latina, en dos tomos (obra premiada)

Literatura Latina, (premiada) en prensa la segunda edición

Todo en:

EDICIONES ATLAS, Ibiza, 29 - Madrid

FOTOGRABADOS

M. SOLANO

ARIBAU, 9, INTERIOR · TELÉFONO, 30255

BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

PALAEASTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 26 pes. in America et Philippinis insulis, et 27 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1042

DE FRONTONE

M. Cornelius Fronto, rhetor, praceptor M. Aurelii imperatoris fuit. Cujus viri vita continetur annis p. Chr. n. 100-175, digna certe, quae accuratius cognoscatur et cum vita Senecae philosophi, Neronis praceptoris, conferatur. Cum uterque praceptor dicendi arte praestiterit haud injucundum erit comparationem instituere in genere dicendi, quo uterque usus est. Neque enim praetereundum est in eorum vita investiganda, eos natos esse in diversis provinciis, atque ratione et fine, quem in educando sibi proponebant, differri.

Quod Frontonem priorem propono ea est ratio, quia minus notus est quam Seneca philosophus.

Fronto Cirtae, quod oppidum hodie «Constantine» vocatur, in Numidia anno p. Chr. n. centesimo fere natus videtur esse. Ingenuis litteris Alexandriae apud doctores graecos excultus est. Adulescens scientiis et facundia eminens Romam se contulit, ubi reorum causas defendere coepit ac tanta laude, ut ejus fama perferretur ad aures Antonini Pii imperatoris, qui Frontoni M. Aurelium et L. Verum principes educandos permisit. Traditis igitur praceptoris communibus, Fronto continuis scriptioribus et colloquiis praecipue M. Aurelium docebat et monebat. Anno 143 consul, post proconsul factus est, sed provinciam suam (Asiam) administrare non poterat, quia morbo arthritico debilitatus itinera facere prohibebatur. Usque ad finem vitae ad annum p. Chr. n. circiter 175 Romae mansit.

Seneca autem philosophus centum fere annis ante Frontonem fuit. Anno ante Chr. n. quarto Cordubae natus, filius Senecae rhetoris, puer Romam venit, ubi a magistris graecis artes liberales discebat. Jam parvulus a matre ad philosophiam incitatus ad studia philosophorum semper incubuit, invito sane patre, qui a philosophia abhorrebat.

Scripta Seneca composuit moralia, quibus regia familia adducta est, ut illi tradiceretur instituendus Nero. Erudiendi munere funetus Seneca, varie mutabilitatem fortunae expertus atque in exsilium ejectus in insula Corsica novem annos moratus est. Conjunctionis contra Neronem socius, ab imperatore olim alumno mortem sibi ipse conciscere jussus, apertis venis, anno post Chr. n. 65 decessit.

Fronto genus dicendi Senecae improbabat et respuebat utpote cum philosophus forma dicendi a suo genere diversa uteretur. Nam Fronto latinitate utebatur anti-

qua, vocabula refērens temporum priorum, Seneca vero novis verbis noveque acceptis sub graecorum philosophorum duōtu studebat. Fronto genus dicendi Senecae cum Sergio componens sic conclusit:

Sergius Plautus fuit Stoicus romanus paulo Senecā major, puritatem dicendi consestans verba non latina admittens his sua scripta respergebat. Sergii in expōnendo conveniens et simplex sermo erat. Seneca mirum et ridiculum quoddam loquebatur artificium. Sergius circumscripte atque ornate modulabatur sententias; Seneca vero quasi torrens eas fundebat. Sergius res apprehensas prout erant, tractabat naturaeque apte exponebat. Seneca res agitans, puerorum captabat delectationem et hominum risus. Sergius pudice honesteque argumentum suum versabat. Seneca ut quidam praestigiator verba labellis gestabat. Sergius non tot sententias quot Seneca continebat. Seneca saepius verba scite aut graviter dicta scribebat et vituperabatur quod identidem eandem sententiam variaret.

Ut hanc Stoicorum Sergii et Senecae comparationem finiamus: Sergius sententiis non abundans verba latina et antiqua apte ponebat; Seneca autem crebro sententiis vocabula novo modo inter se conjungebat, ut aures tinnitu moverent. Fronto igitur hoc judicio Sergium philosophum priscis vocabulis ac pura latinitate delectari declarat. Fronto rhetorum more de Senecae forma dicendi disserens summam virtutem philosophicam scriptoris hispani recte aestimare non poterat.

Sed jam Frontonem cum Seneca conferamus. Et primum quidem res utriusque auctoris externae proponamus. Et Fronto et Seneca provinciales fuerunt, ille Africanus, hic hispanus. Fronto Cirtae, alter Cordubae natus erat. Seneca e stirpe multo ingeniosiore ac potentiore ortus est quam Fronto, qui celebriorem stirpem creavit, cum hispanus nobiliores parentes haberet. Africanus unius uxoris vir fuit, Seneca duas uxores duxit.

Rhetor arthritide (morbo articulorum), philosophus ex corde laborabat. Uterque consulatum gessit: Fronto anno p. Chr. n. 143, Seneca anno 56. Orator Numida M. Aurelium et L. Verum principes instituit, Annaeus Neronem erudivit. Fronto homo locuplex non admodum persequebatur negotia pecuniaria, Seneca ditissimus semper operam dabat rei familiari suea augendae. Africanus observantissimus imperatoriae auctoritatis erat, Seneca contra non abhorrebat coniurationibus. Utrique honor statuae tributus est. Uterque circiter septuagenos aetatis annos implevit. Fronto naturae convenienter decessit. Seneca se interemit. Sed jam duorum virorum indolem et mores conferamus. Fronto fuit orator publicus, Seneca in senatu dumtaxat dixisse videtur. Ille multo magis arte dicendi informatus, hic philosophia optime excultus erat. Fronto se principem rhetoricae romanae sui temporis esse cupiebat, Seneca princeps philosophiae romanae sui aevi fuit. Africanus in jure peritissimus et causarum patronus fuit, hispanus praeter philosophiam poēsi indulgebat. Fronto imperatoris filios ad eloquentiam informabat, Seneca Neroni paecepta morum tradebat. Cirtensis philosophiae infestissimus, Seneca illius studiosissimus erat. Fronto philosophiam habebat adversam, quo clarius splendesceret ars rhetorica. Seneca, rhetoris filius, rhetoricam non repudiabat ratus philosophiam

solum reginam scientiarum esse. Fronto nullam philosophorum sectam secutus esse videtur; Seneca Stoicorum placita amplexus est.

Africanus se in arte oratoria excellere et genus dicendi Afrum propagari in imperio romano volebat, Cordubensis primas partes philosophiae dedit. Ut Fronto semper rhetoricae docere gaudebat, ita Seneca numquam magister praceptorum moralium esse desiit. Fronto, pauper sententiarum, ad ornatum potissimum verborum attendebat, Seneca paucis verbis multum dicebat. Africanus antiquam romanorum linguam consecutus est, hispanus sermonem philosophis consentaneum adhibebat, colorem antiquitatis spernebat. Fronto varias verborum priscorum formas compositas ut vestimenta sententiarum lectoribus proponit, Seneca sententias simplici ornatu exprimit; ille magis verba quam sententias exornare studet, cogitata aliorum philosophorum venatur et propria brevitate formae lectorum animos excitat. Fronto majore studio ad verba singula cogitabat, Seneca potius ad integras sententias liberabat. Rhetor copia verborum et inopia sententiarum notus est, philosophus saepissime densitate et claritate sententiarum excellit. Fronto magis ingenium lusu et ornatu verborum incitat, Seneca mentem et animum lectoris penitus capessit. Fronto rhetorum priorum doctrinas non judicatas suscipit, Seneca non ita diligenter inter diversas philosophorum scholas distinguit, sed unitatem quandam praceptorum moralium intendit; a judicio de aliis philosophis plerumque abstinet. Fronto multas nugas dictio[n]is exercendae causa confecit, Seneca praeter unam satiram politicam (apokolokynthosin), solummodo gravia opuscula scripsit.

Rhetor historias de bello Parthorum composuit, philosophus historias naturales, id est: quaestiones de natura edidit. Fronto etiam graece epistulas misit, Senecae extant latine tantum scriptae ad quendam Lucilium epistulæ. Africanus scriptis suis saepe graeca adspergebat, ut animum Marci Aurelii, graecorum amantis, oblectaret; Seneca multis locis vocabula graecanica inseruit quia romanorum cogitata lectoribus oblata ex fontibus graecis hausit, qui non prorsus latine reddi poterant.

Fronto in conficiendis opusculis nullo adjuvante nulloque materiam colligente utebatur; Seneca laborum socios habebat, qui res ex aliis operibus describerent, ut ipse illis argumentis ad proprios libros frueretur. Rhetor morbis continuis ad magistratum administrandum vix idoneus erat; philosophus ad imperium regendum ex suis doctrinis et moribus solers et promptus putabatur. Cirtensis munera publica nunquam recta via affectabat; Cordubensis rei publicae regendae cupidus erat unde manifestum est Senecam non prorsus Stoicum fuisse.

Africanus solummodo intra angustos fines artis rhetoricae opera proferre perseveravit, alias atque oratorias res tractare nequibat; hispanus profectus a studio sapientiae et cogitationis ad imperium mundi obtinendum tendebat, ut simul philosophus et princeps juxta Platonis doctrinam imperaret.

Fronto ut africanus omnia animo excitato exegit; Seneca ut hispanus viribus collectis et jejuno judicio omnia fecit et scripsit.

Cirtensis obtestabat Christianis, quibus inimiciis etiam M. Aurelius imperator in Christianos utebatur. Cordubensis non se infestum praebebat Christianis, id

quod ex commercio — quod vocatur litterarum cum Paulo Apostolo — effici videatur. Fronto sincere et libere cum discipulo regio, Marco Aurelio, colloquebatur; Seneca ad versutam irrisiōnem pronus apparebat. Rhetoris scripta non omnibus locis neque omnibus lectoribus prodesse possunt; philosophi libri omnibus utiles et amabiles existunt. Africanus homo est parvi spiritus neque fecundi; hispanus quamquam non propriis sententiis libros complevit, tamen magna diligentia et dexteritate aliorum sententias ad instituendos hominum animos usurpavit.

Fronto — eodem modo ac pater philosophi — contra philosophiam adversabatur; propterea filius philosophus utrique rhetori auctoritate et gloria aeterna longissime praecellit. Ducentis quinquaginta annis post Frontonem Numidia Hispaniam superavit; cum Agustinus Numida ex rhetore philosophus, Platonem, insēquens et theologus factus est.

Seneca paganus per Afrum Christianum quodammodo repulsus videbatur.

Tandem sic igitur statuamus: Fronto facilior ad imitandum est, quia certis regulis et artificiis ornatus orationis antiquis vocabulis extrui potest. Seneca multo difficilior ad imitandum videtur, quod non ex praceptis aliorum, sed ex natura sententiarum intellegi debet quae sit sententia gravis et magni momenti, et quomodo unaquaeque sententia metienda, ponderanda, ornanda, constituenda, sit; propter maximum excogitandi et exprimendi ingenium Seneca fuit vir vere subtilissimus. Seneca semper manebit philosophus imperatorius.

EMIL ORTH

B. Baptista Mantuanus

Carmelitarum Institutum atque omnes ingenuarum litterarum studiosi, hornito tempore natalem diem quinques centenarium Baptislae Mantuani recolunt, celebrant, frequentant.

Ecce tibi praeclarum virum et summum, qui et venuissime scripsit, et sanctissime vixit, quemque Roma illa, bonarum artium cultrix, poētarum gloria decoravit; Roma autem haec, boni et honesti intaminata Magistra, divisorum honore ditavit.

At bone Deus!, quam pauci omnino qui tantum lumen perspexerint!, quam pauci qui Mantuani hujus carmina, concinnitate elegantiāque fluentia, oculis percurrerint! Quam quidem pauci qui vel ipsum nostratis nomen, pro dolor, acceperint!

«Mantuane bone, inquit Shakespeare, qui te non cognoscit, non te amat». Ego equidem ut te, Carmeli decus, cuncti latinitatis cultores ament ac diligent, temporis injuriam atque invidiam pietate et manu evellere cupio. Verum tua fama praeconem haud dignum, quippe qui aliter prorsus atque tu linguam calleat latinam, tandem invenisti. An taceam? Immo vero tui amore raptus et admiratione, audientius elōquar.

Fuit quondam divisorum Ecclesiae Patrum haec opinio, ut omnes viri Christiani, qui litteris incumberent, optimorum antiquitatis scriptorum vestigia premerent, eorumque operibus imbuerentur. Quod nisi esset: Leonem, Hieronymum, Prudentium, aliosque sexcentos quorum scripta latinam elegantiam sapiunt, id non ambiisse dicendum erit.

His autem temporibus denuo veterum scriptorum cultus in dies crescit et augetur. Et merito quidem, nam apud eos illam «humanitatem», in cassum alibi quaerendam, haurire licet. Itaque Pontifices studium latini sermonis omnibus sacerdotii gradum exspectantibus crebrissime commendaverunt, quin etiam praeceperunt.

Nos vero, cum tam sapientibus tamque necessariis jussis obtemperemus, in PALAESTRAM illum Baptistam, et sanctitate et latinitate insignem, inducere duximus. Cujus nomine et auctoritate, praejudicium eorum qui linguam latinam neglegere conantur, utinam tandem arceatur.

Sed ne diutius immoremur agendorum rationem proferamus quae est: 1) Mantuani vita, 2) ejusdem scripta, 3) operum judicium.

I. Mantuani vita

Baptista Spagnolus Mantuanus, hocce insignitus cognomine a patria civitate Mantua, ortum a. d. XV Kalendas Majas anni MCDXLVII claris e parentibus habuit. Hi vero, quorum nomina Petrus Spagnolus et Constantia Brixensis, inlustri ex genere originem ducebant. Baptista vero, quo magno erat ingenio ac praestanti, jamjam a puero omni bonarum litterarum generi ex animo se devovit. Itaque prius suos apud cives primos studiorum curriculos omnium plausu perfecit. Inde vero Patavium, perfectionis gratia, et ejusdem Universitatem Patavinam, florem tunc temporis totius Italiae, alumnus petivit. Hic autem totis viribus philosophiae vacavit, qua vero nullatenus impeditus, veterum scriptorum latinorum graecorumque cum solutae, tum ligatae orationis opera studiosus perlegit, quin etiam et felici exitu aemulatus est. Quid vero mirum si, volventibus annis, magnus cum primis poëta renuntiaretur atque ab omnibus praedicaretur?

Quid, quod tot inter labores nullatenus pietati, ut crebrius fit, intermisserit, sed vitam perfectiorem in dies egerit? Quare, Deus O. M., bonorum remunerator, illum adolescentulum terrenis laqueis liberavit, in suos summa cum dilectione exceptit, sibique vinculis mancipavit sempernisi.

Itaque Mantuanus caelorum voci praebens aures anno a reparata salute MCDLXIV (hunc fere rerum historicarum scriptores malunt), hoc, igitur, anno ad quoddam Carmelitanum Coenobium «Antiquae, ut ajunt, Observantiae» ad Virginem vestem postulandam gnarus adivit. Quid vero juvenem illum ad mundum valdicendum, ad honores postulabendos atque ad parentes linquendos impulerit, ipse met in litteris, ad genitorem conscriptis, aperit atque ostendit. Sed de his, ne nostra videlicet latius justo dissertatio protrahatur, agere omitto.

Quanta autem tenerulus tiro ut asperrima quaeque amplectetur passus est! Neminem quidem Institutii Carmelitici, licet pro temporibus in suaviorem redacti rationem vivendi, severitas aufugit. Nunc igitur, Mantuanus nec vietus aetate nec deliciarum relictarum memoria superatus, quidquid sive animi sive sensuum mortificationem redolebat, magno animo aggressus est. Ibi videres adolescentulum apud suos antea honore auctum et gloria, nunc oblitio et silentio circunfusum; prius mollibus vestibus vestitum, nunc brunone sago armatum; paulo ante perituris mundi illecebris attractum, nunc caeli aeternis praemiis illectum. Sed jam et famis, et algoris, et vigiliarum patientiam praetermittamus.

Baptista ergo tot tantisque decoratus virtutibus, tirocinii elapso tempore, vota religiosa nuncupavit. Qui paulo post Romanam studii causa a superioribus est missus. Inde Bononiam —ubi primum Bacchalaurei, et tandem Magistri lauream omnium plausu est assecutus— perrexit. Neque studia Baptistam a contionando, a confessionibus recipiendis ab aliisque hujuscemodi muniis removerunt. Si fidem ipsimet Mantuano, —quod quidem justum est—, praebeamus, singulis ferme diebus ex suggestu populi Christiani vitia, tum adeo ingentia, verbis quasi divinis condemnabat. His vero laboribus exantlatis, ne minimo quidem solacio remissione utebatur, immo vero catenis ferreis corpus innocens afflictare solitus erat; cupiens illud in servitutem redigere, his enim rebus homines perditos ad bonam frugem existimabant reducendos. Quod arctoris vitae studium cum haud e corde excideret, verum in dies augeretur Doctor Carmelita «Reformationem Mantuanam», quae jam tum quadraginta ante annos in Carmeli Ordine vigebat, amplecti statuit. Cui Congregatio Baptista ob singulares animi partes sexies praefectus est. Quā vero prudentia atque omnium amore «Virginis Fratres» rexerit, ex eo maxime quod totius Ordinis Moderator renuntiatus fuerit, inferre licet.

Tantis demum meritis cumulatus ac locuples summus omnium Carmeli vatum, anima efflata, a Deo coronandus in caelum anno MDXV advolavit. Cujus cultum multis jam saeculis redditum a. d. XVI kalendas januarias anni MDCCCLXXXVIII Romanus Pontifex ratum habuit et confirmavit.

Villafrancae, in Navarra.

FR. FRANCISCUS A V. C., O. C. D.

PROVERBIA

Non venit exiguo tempore larga seges:
no se ganó Zamora en una hora.

Dum Romae fueris, romano vivito more:
por do fueres, haz como vieres.

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Carybdim:
quien se pone debajo de la hoja, dos veces se moja;
el que buye del fuego, da en las brasas.

D. O. M.

EMMO. DRI. EMMANUEL ARCE ET OCHOTORENA
CARDINALI TARRACONENSI NOBILISSIMO
QVO DIE NOS PERAMANTER INVISIT
VT NOSTRVM VALLENSE CONLEGIVM SACRARET
NONNVLLOSQVE SODALES DESIDERATISSIMOS
MINORIBVS SACRIS ORDINIBVS DECORARET
MISSIONARII CLARETIANI

Carmen vindemiale

Vides ut, almo collibus intimis
Juvante Solis lumine, lividos
Distinguat October racemos
Purpureo varius colore.

Grato resultat carmine vinea,
Nudoque muslum sub pede defluit,
Dulcique adimpletur liquore
Cupa gravi exonerata facce.

Sic nos perusti pectus ad intimum
Pulchris Superni Luminis ignibus,
Livore peccati repulso,
Efficiunt Domino rubentes

Jamjam racemi. Jam tibi, vinitor,
Ducemur, undis ut manibus tuis
Nos offeras Christo bibenti
Purpureo decus ore vini...

ISIDORUS MAULEÓN, C. M. F.

Vallibus, III Nonas Octobres.

Canción de vendimia

(VERSION)

*Viendo estás cómo en la repuesta loma,
A la alma luz del Sol, Octubre pinta
De púrpura los pálidos racimos.
Suena la viña en grata melodía,
El mosto fluye bajo el pie desnudo,
Y la cuba, de turbias heces limpia,
Se llena a rebosar de dulce vino.*

*También nosotros con el alma bendida
Por la Luz Celestial, vamos cobrando
La sazón de la uva purpurina.
Presto a ti, oh viñador, acudiremos
Para que con tus manos bendecidas
Nos presentes a Cristo, cuyo hermoso
Labio sólo la flor del vino liba.*

Valls, 5 de octubre de 1947.

NOVA ET VETERA



PICTURA 17.^a

STATIO - FERRIVIA - NAVES

1. — Iter per Hispaniam confeci. Priusquam viae me commisi, ut traminum exuentium horam praenoscerem, horarum indicem emi. Cum trahaculum commodius intellegarem, quod Burdigāla horā septimā pomeridianā cum duobus et triginta minutis egreditur ut in urbem Irun ad noctis horam primam perveniat, viatica paravi atque insequenti die ad stationem adductus sum.

2. — Cum ad magnum exitus oecum (vestibulum) ingressus sum, post senem sacerdotem² rusticatum, qui manu vidulum³ deferebat, magna vectorum¹ turba jam advenerat. Cum telegramma⁵ mittere (seu expedire) vellem, a quodam inspetore⁶ officinam telegraphiarium⁴ quaesivi.

3. — Priusquam ad spectantium oecum⁷ veni itionis ac reditionis tesseram emi⁹.

4. — Parum remoratus sum cum pauci in tesserarum forulo⁸ essent. Miles¹⁰, qui commeatum acceperat, ordine comiter cessit atque ita quaedam percontari mihi vacavit ab stationis rectore,¹³ qui cum securitatis commissario¹⁵ et vigili militari,¹¹ munus obeunte, colloquebatur.

5. — Postquam commentarium diurnum in bibliotheca ¹⁴ emi, sarcinam, quam gerulus ¹⁶ in plostello ¹⁹ asportaverat, appendere atque expedire jussi; staterae bascularis ²¹ curator ²² arcum triginta quinque chil(i)ogrammata pendere mihi significavit, et ideo quinque chil(i)ogrammata praeponderabant, quo in sarcinarum forulo ²³ supplementum solvendum mihi erat.

6. — Cum aliquantum temporis praeciperam, viatores in statione deambulantes spectare mihi licuit. Alii in repositorio ²⁵ parvas sarcinas deponebant aut [ex illo] resumebant; alii horaria ²⁶ consulebant. Vectores advenientes ad exitum ²⁸ festinantes accedebant, bulgas ²⁴ manu gestantes. Quidam in accipiendis sarcinis ²⁷ remorabantur atque syngrapham expeditoriām, ²⁹ ut arcas, capsas, ²⁸ quasillos ³⁰, acciperent, porrigebant.

7. — Portitores fasces seduli pervestigabant si quid forte declarandum esset.

8. — Nonnulli vectores ad stationis cauponam ³⁴ se conferebant ubi cibifer ³⁵ celeriter deserviebat. Festinatione autem opus erat, nam tramen ³⁶ expressum parum temporis in statione subsistebat.

9. — Deinde ad exitus crepidinem transii atque, ne perdurante itinere trahaculum permutare mihi opus esset, currum directum ³⁴ quaesivi. Currum cum ambulacro ascendi, qui loculamento ³⁸ tabacum fumantibus instrutus erat et alio mulieribus assignato.

10. — Postquam gradum ⁴⁰ concendi, portulam ³⁹ reseravi, velamen ⁴¹ levavi reculas in reticulo ⁴³ deposui, [tandem] in sedili ⁴² consedi. Cum lampadarium lampades ac cendentem vidi in mentem mihi venit noctem in curru agendam, atque ministrum, qui pulvinaria ⁴⁵ mutuabatur, arcessivi ut unum ab eo postularem.

11. — Inspector ad tesseras comprobandas venit; ab eo, quare non progrederetur cum hora esset, quaesivi. Ipse respondit traminis rectorem ⁴⁶ in birōtis collaudis occupatum esse in curru sarcinario ⁴⁷. Praeterea nondum omnes commutati erant caloriféri ⁴⁸.

(sequar)

VOCABULARIUM

- + statio, onis, f., estación, gare.
* ferrivia, ae, f., ferrocarril, chemin de fer.
committere se viae, bacer un viaje, faire un voyage.
+ tramen, inis, n., [+tractus, us, m., *trahaculum, i, n.], tren, train.
hora traminum exentium, la hora de la salida de los trenes.
15 index horarius (horarum), [itinerarium, horarium, ii, n.], guía de trenes, indicateur.
Burdigala, ae, f., Burdeos, Bourdeaux.
viatica, orum, n. pl., preparativos de viaje, préparatifs de voyage.
+ oecus [vestibulum] exitus, sala, vestíbulo de salida, salle de départ.
rusticanus 3, de aldea, de campagne.
3 +vidulus, i, m., (manualis +cistella), maletín, bolsa.
5 + telegramma, atis, n., telegramma, dépêche, télégramme.
6 + inspector, oris, m., inspector, contrôleur.
4 officina *telegraphiaria, oficina, despacho de télegrafo, bureau de télégraphe.
7 oecus spectantium, sala de espera, salle d'attente.
9 itionis et reditionis - redditus - [eundi ac redeundi] tessera, billete de ida y vuelta, billet d'aller et retour.
8 tesserarum + forulus, + finestella, [tessararia, ae, f.], taquilla, guichet.

- 9 commeatum accipere, *ir de permiso*, partir en permission.
 ordine cedere, *ceder el turno*, céder son tour.
 quaedam percontari, *pedir algunos informes*.
- 13 † stationis rector, praeses, jefe de estación, chef de gare.
- 12 † securitatis commissarius, comisario de vigilancia, commissaire de surveillance.
- 11 † vigil militaris, guardia civil, gendarme.
 munus obire, *estar de servicio*, être de service.
 sarcina, ae, f., equipaje, bagage.
 (ap)pendere, pesar, peser.
 † expedire, facturar, enregistrar.
- 16 gerulus, i, m., mozo, porteur.
- 19 plostellum, i, n., carretón, chariot.
- 22 curator, procurator, oris, m., praefectus, i, m., encargado, employé.
- 21 statera * bascularis, báscula, bascule.
 † arca, ae, f., baúl, mundo, malle.
 praeponderare, sobrepesar, pesar más, faire une surcharge.
- 23 † sarcinarum forulus, taquilla de equipajes, guichet des bagages.
 praecipere, adelantarse, être en avance.
- 25 † repos(i)torium, ii, n., consigna, consigne.
- 26 † horarium, ii, n., horario, horaire.
- 24 † bulga, ae, f., maleta, valise.
- 29 † syngrapha (scidula) expeditoria, talón, bulletin.
- 28 capsula, ae, f., caja, caisse.
- 30 quasillus, i, m., cesto, panier.
- 33 † portitor, oris, portorii procurator, encargado del fielato, employé de l'octroi.
 fascis, is, m., bulto, colis.
 stationis capona, cenatio, onis, f., restaurante, buffet.
- 35 * cibifer, ēri, m., camarero, mozo, garçon.
 celeriter deserviebat, se apresuraba a servir,
 s'empresait de servir.
- 36 † tramen † expressum, expreso, expres.
- 37 † currus † directus, vagón directo, wagon direct.
 † ambulacrum, i, n., corredor, couloir.
- 38 † loculamentum, i, n., † loculus, i, m., departamento, compartiment.
 loculamentum tabacum fumantibus, departamento para fumadores, compartiment pour fumeurs.
- 40 gradus, us, m [stapčda, ae, f.], estribos, marche-pied.
- 41 velum, i, velamen, inis, n., cortina, store.
 recula, ae, f., objeto pequeño, menu bagage.
- 43 reticulum, i, n., red, filet.
- 42 sedile, is, scamnum, i, n., asiento, banco, banquette.
- 44 lampadarius, ii, m., lamparero, lampiste.
 † inspector, *perforator, oris, m., interventor,
 revisor, conducteur (?) du train.
- 46 rector traminis, jefe del tren, chef de train.
 *birota, ae, f., bicicleta, bicyclette.
- 47 currus sarcinarius, furgón, fourgon des bagages.
- 48 † calorifer, ēri, m., calorífero, bouillotte.

NARRATIO

Electivěha seu tramvionario curru duc-tus in statione venio. Indicem horarium sumo, ut certius sciam qua hora tramen exeat. Rapidum eligo quo celerius ad meos convenientiam. Post exspectantium columnam paulisper maneo, tandem ad tesserariam accedo.

—Unam tesseram secundae classis Matritum.

—Sexaginta pesetas cum quinquaginta centesimis.

—Bene est, en illas.

Statim manuale chartarium sumo et in crepidine [prostaculo] (andén), dum trahaculum advěnit, exspecto. Tandem appareat, ductor frena constringit, tramen subsistit. Vectores advenientes festinanter descendunt, ascendunt profici-scentes. Loculum commodissimum seligo, ad fenestram, ut hujus regionis prospectum facilius inspiciam, assideo. Rotarum robes sensim convertuntur, dexteram amiciis porrigo eisque, bonam viam augurantibus, valedico.

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

Domus invisitur

NEMESIUS. — Quid sibi vult ille titulus
in superliminari?

DIOMEDES. — Nusquam ego video ali-
quid.

N. — Fuscos, ut suspicor, inde habebis
oculos, quia non legis illic scriptum;
«nil dictu foedum visuque haec limi-
na tangat».

D. — Mira verba mehercle, Juvenalis
poëtae, quae testantur nihil inquinatum
intromittendum monentque ni-
hil in penetralibus hujus domus non
nisi honestum reperire fas esse. (*Lon-
gius D. pergere intendit*).

N. — (*Diomedem manibus comprimens*). Ne
illico pedem limine efferamus sed
fores pulsemus ut ostiarius patefa-
ciat, alioquin non admissi irrumpere
videbimus tamquam fures. (*Tintin-
nabulum premit aliquandiu quod intus
magnos suscitat clamores; interea insu-
larium (portero) opperuntur*).

PHAEDRUS. — Est tibi notitia, Nemesi,
tam ampliae atque elegantis hujus
Domus? (*Palacio*).

N. — Hic ubi structam vides, lucus
olim fuisse traditur; templum inde
Virgini praetextum et a plebe rerum
novarum cupida demolitum ferunt;
ex historia haustum accepi; nunc
quam cernis exstat Domus Marchio-
nis Vulpeculae et Nasuti; lapis auspi-
calis (*la primera piedra*) jacta est
anno 1770.

ARCHIMEDES. — Ostiarius in utramvis
aurem dormit adhuc certius opinio-
ne.

D. — Valvas revellandas esse censeo.

N. — Cave hoc facias, morum id est
agrestium.

P. — Quare ipsi nos ultro aperimus?

N. — Recte dicas; jam amicus noster
Vulpinus de adventu nostro certior
factus est meis litteris et exspectabit
nos.

D. — Experiatur. (*Januam impellit quae
ipsa per se aperitur*). Hem, sors au-
sum fortunat; tecta subeamus.

VULPINUS - MARCHIONELLUS. — (*Adven-
tantes recognoscens dum ludos exercet
suos in oeco, et hospitibus obviam celeri
cursu veniens*): Salvete multum, pueri
exoptatil Ingredimini. Ingredimini!
(*Inclamans*) Gliricule, affer cito mihi
claves ostiorum domus!

N. — (*Ad comites*) Postremus obdat pes-
sulum ostio, ne quis subrepatur sub
fastigio.

V. — Unde vos nunc? Este salutati om-
nes et accepti in domo mea; jam
diu vos exspectabam. Numquid am
praestolandum fuit vobis?

D. — Saeculum!

V. — Quantum doleo et maereor! (*A-
desdum, glirium princeps; videamus
quid ei evenerit. V. cellam ostiarii ob-
servat*). En abest a cella pumilus.
Nihil tamen refert, praesto sunt cla-
ves in longario (*percha*). Vultisne
longius procedere?

N. — Ut tua voluntas ferat.

P. — Nihil certe malumus, praesertim
hic socius noster vehementer cupit
hasce domus invisere.

V. — Quis istic?

P. — Ego sum frater Nemesii.

V. — Evidem te non noveram cum tam
sero domum meam frequentes. Nun-
quam spectasti aedes domus meae?

P. — Non totas.

V. — Ergo procedite! Primum, hoc ves-
tibulum, patet semper interdiu, sed
janitor absens fores obseravit hodie
ne quis introgrediatur sine venia
raptim; noctu solummodo claudi-
tur. Sequitur atrium aere munitum,
cui malleus aptatur cum fune ad
pulsandum; his diebus recens inven-
tum superaddidimus tintinnabulum
electricum, idcirco adrademus illud
solitum: «cave canem» et repagula su-
blata sunt. Inest praeterea atrium
spatiosum ad deambulandum solidis
columnis et fornicatum caméra; mul-
taeque, ut videtis, dextra laevaque in
eo picturae. Sed doleo sane cum pa-

- tērent portae, vos ultro in domo vestra non intrasse etiam nemine obviante.
- N. — Non est cur doleas plus nimio; quamvis divitiae non facile habeantur sine danno, clavibus ideo omnia obseranda forent, una capsā potissimum servanda est duobus seris et affixa etiam pensili (*candido*) ne latronum rapacitatem acuat et invidiae prostet.
- D. — Opus tessellatum mira arte factum conspicio.
- V. — Opus illud musivum, quod contra vides, est adumbratio seu graphidis vestigia (*el plano, bosquejo*) hujus aedificii.
- D. — Regiam principe dignam mihi videre videor.
- V. — Potius consultum in his omnibus est voluptati quam commodo et fastui.
- D. — Res ita se habet et constat
- V. — In extremo atrio est cubiculum hibernum hypocausto vel vaporario, ut libeat magis, instructum. Sub terra, in hypogeo (*sótano*) sunt culina, promptuarium (*reposteria, despensa*), cella vinaria et penaria et conclavia quo asservantur prima utensilia. Sed ascendamus has scalas cochlides; majora supersunt conspicienda.
- P. — Quot tabulatorum est domus tua, Vulpine.
- V. — Quinque tabulatorum (*pisos*). Ascendit, quippe quod elevator (*ascensor*) desideratur, sed juvat condescendere pedibus; in prima contignatione reperiemus triclinium, quo post deambulationem sitem depellemus frigido potu (*refresco*).
- D. — (*Introspectio*) Quae fenestrali! Quae specularia! Quae tabulae! (*Qué cuadros*) Quae coassatio! (*Que entarimado*).
- V. — Accedamus, sultis, ad tablinum meum; illic videbitis arma mea et id genus similia.
- N. — Arma dicis? Igitur tiro mereris stipendum?
- V. — Non ego de armis crudelitatis sed de librīs loquor, quibus utor ac cotidie prae manibus habeo; ite jam porro mecum.
- D. — O! lacunar est deauratum, pavimentum vero contabulatum et parietes marmore perquam affabre tecti.
- V. — En vobis nidulus quo placide versor; hic ego et dies et noctes ex animi sententia regno procul a negotiis, juxta illud: «quilibet est tuguri rex dominusque sui».
- N. — Hic ipse perpetuo bearis scientiae fontibus.
- V. — Sic profecto res se habet, amice; atque id ego pro viribus suscepī defendendum (*mi lema es el siguiente*): «vita brevis spem nos vetat incohare longam».
- A. — Libris optimo utimur magistro et comiti; haec qui sapit non est cur jocos inhiat aut ludos
- V. — Verum et ipse dicens, sapientiae amator; si quando tamen vacet, auribus, priusquam ad triclinium deveniamus, fas sit Ciceronis vocem haurire.
- A. et P. — Fiat, licet per nos.
- V. — Legito, Phaedre, quoniam minor natu es; nos omnes reverenter auscultabimus.
- P. — (*Legens*) «Est adolescentis majores natu vereri exque his diligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur; ineuntes enim aetatis inscitia, senum constituenda et regenda prudentia est. Maxime autem haec aetas a libidinibus arcenda est exercendaque in labore patentiaque et animi et corporis, ut eorum et in bellicis et in civilibus officiis vigeat industria». (*De Officiis, I, 34*)
- V. — Satis est; anagnostae (*lector*) rite functus es munere, nunc accurramus triclinium, arescunt enim jam fauces nostrae siccitate.
- D. — Ut collibeat magis parati sumus indulgere tibi... et vino.

- V. — Pergamus, condus (*despensero, mayordomo*) jam ad id temporis comessationem paraverit.
- P. — Ego quidem exiguo utar potu; scis etiam, Vulpine, me convivam non multi cibi esse et fratrem meum...
- V — Id ego quaesivi numquam. Unum impero ac moneo; verecundari ad mensam meam nequaquam licere; proinde agitate ac si domi sitis vestrae.
- A. — Istud jam plane mihi persuasi ex quo intravi in domum tuam.
- V. — (*In triclinio*) Unusquisque sibi quem voluerit locum seligat ac tueatur: tu, Phaedre, quaeso, dextrum hoc latus mensae occupa.
- N. — Ego hunc angulum capiam, latus hinc patet prospectus.
- V. — Ceteri omnes, satis morarum est, accumbite sine livore; vivamus nunc curemusque cutem! Nemest, sumesne vinum aut cerevisiam?
- N. — Da cerevisiam qua nihil est delicatus palato meo.
- V. — Velim tu ipse sumas acrelives lagoenam.
- N — Cedo igitur extrahaculum (*sacacorchos*) ut relinem. (*Relinit, infundit cratera et proluit se cererisia*). Est optimam, mehercule ac frigida instar glaciei.
- V. — Quid cessas, Diomedes, placetne, tibi cerevisia aut vinum nitro (*soda*) infusum?
- D. — Vinum placet modo sit hornum (*de este año*).
- V. — Habeo hornum et etiam bimbum et quadrimum si quem adhuc major capiat vetustas, accipe. (*Porrigit oenophorum*) Epota rubrum, aut si mavis, candidum.
- A. — Utroque similiter delector, parvi enim interest quo sit colore, modo sapiat bene.
- V. — Vinum austерum (*fuerte*) ego praefero aut asperum (*picante*); tu, tamen, Phaedre, utrum desideras?
- P. — Exilius, mittus enim est et salu-
- brius; saepius meo stomacho innatat vinum acerbum.
- D. — Nihil ad manum est quod edatur, aliquid saltem panis siliginet (*pan blanco*) vel atri et furfurei? (*moreno y de salvado*) Cibus constat esca et potu, ut ajunt.
- V. — Si fastidis potum et vinum sincerum, nullo addito obsonio, en habes crustulas, placentas et cupedias omnis generis; ea, prandeamus.
- P. — Quam concinnaticiam comessionem.
- V. — Visne de perna, Phaedre, an forsan concreta vel fluida ova? Dic, quid velis aperte.
- P. — Lardum, crudum efficit stomachum meum, da, quaeso, elixa ova, cibus enim iste est ad concoquendum facilis.
- V. — Video egomet oculis misis te non edacem convivam, bibacem multo minus, cedo, quid edis domi?
- P. — Silatum (*desayuno*) meum est frustum panis cibarii (*casero*), paulum casei aut butyri, caeli vel calidæ (*mate*) potarium.
- V. — Ecquae tibi ad prandium apparantur?
- P. — Acetarium (*ensalada*) sale et oleo aspersum; deinde piscis, et sarda (*sardina*) potissimum et muraena vel rhombus, aceto irroratus, intinctis aliquot in garo (*salsa*) turundis (*migas o aguina* panis; tunc costula vitulina, interdum etiam suina; bibere aliquorodajas) ties soleo parum vini aliquantum diluti.
- V. — Num times hac ferculorum copia plus aequo saginari? hoc ritu surges a mensa famelicus.
- P. — Cave credas «vivitur parvo bene»; mensa quidem non est saginarium, verumtamen si non omnino satur consurgo, at doctior certe et peritior: prandium cum sumo mos est lectioне comitari; mando vero non festinanter et plenis buccis (*a dos carilllos*) sed sensim ac lente, propterea

- quod tubercinari dedecet bonos mores.
- V. — (*Ironice*). Libentissimo animo acceptimus, quae adeo naviter impertire nobis dignatus es, haec morum pracepta!
- P. — Dedita opera id ego non feci, sed benevolentiae tuae causa; aequi bonique consulas verba mea, Vulpine,
- D. — Nos potando ducimus horas; vino jam satis superque indulsimus, abeundum nobis est, sodales optimi, quoniam advesperascit.
- V. — Recte, prius tamen postremus isque liberalior sorbendus est haustus: bene sit universo coetus!
- A. — Nos omnes tibi propinamus vicis-
- sim qui tantam comessationem paraveris; sis felix fortunatusque quo cumque feris!
- V. — Suaviter me affecit salutatio vestra; ego vero hac data occasione, quoniam conspectus vester non modo gratissimus verum etiam jucundissimus fuit, vos ad cenam alteram vocatos volo.
- N. — Quam libentissime; sed mutuis officiis referemus gratiam, quam nunc in nos contulisti; bene sit tibi, Vulpine humanissime!
- P. — Molliter cubes, «corculum meum et meum suavum», Vulpine
- V. — Vivite felices in saeculum, amice.

RAIMUNDUS SARMIENTO, C. M. F.

Villae Rosarii, in Argentina.

Commercium epistulare

*Raimundus Sarmiento, C. M. F. Josepho M. Mir, C. M. F.
PAL. LATINAe Moderatori, s. p. d.*

Jamdiu est cum litteras ad te dare consilium erat, cum multa eaque jucunda fuissent. At multis negotiis implicatus et diutius id facere prohibitus, iustrum elapsum ferme est. Id etiam in causa fuit quod tabellarii, ob rerum temporumque vices et iniquitates incerti neque satis tuni animum ab epistulis dandis revocarunt.

PALAESTRAE LATINAe interdum duos integros annos adventum exspectabam, qua diutius carere durum erat et acerbum; inde quanta voluptate et gaudio exultaverim, cum eodem fere tempore tres numeri nobis redditii sunt, conjectura ipse assequeris. Mentiar si negem me usque ad lacrimas commotum animo fuisse, amicorum nomina perlegendem eorumque memoriam dulcissimam refricantem. Hinc Avenarium, socium illum et amicum meum fide et fraternitate coniunctissimum, quocum olim familianter usus fueram Romae; hinc, te, frater optime, hujus Commentarii sollerter moderatorem recognovi sociosque novos et palaestritas ac mira laetitia et desiderio sum perfusus.

Scire tamen voles quae tandem causa fuerit tantae in scribendo taciturnitatis. Iis, quae supra memoravi, posthabitibus, eo mihi veniam libenter tribues quo impenedentes mihi labores cottidie absolvendos et munera obeunda, quae jam aliunde aliis testibus cognita habebis, considerabis atque ipse tecum perpendes; igitur in singulis enumerandis liceat supersedere. Attamen otio tabescere per id temporis non libuit, tibi et haec constare existimo, quandoquidem mors tempus iners habetur.

Operam nostram eamque necessario exiguum te desiderare intellexi. Nolim illud tritum recordari: te ab rudi rem difficilem postulare; faciam tamen ut pro viribus eam reapse sentias, si quam occasionem nactus ero.

Pervenit ad vos commentariolus noster, cui potissimum incumbimus? Exemplaria ad te mittantur curabo, a quo quid neglegendum, quid sumendum sit ipse videbis ac pro lubitu decernes.

Promissa tua exspecto. Curabis etiam ut PALAESTRAE exemplaria argentinis subnotatoribus amicisque mittantur, quae multis jam abhinc annis desideratur. Saluta nominatim amicos, quos valere omnes jubeo.

Villae Rosarii, in Argentina, kal. septembribus.

Jos. M.^a Mir, C. M. F. Raimundo Sarmiento, sodali carissimo sal.

Tandem et tu productum silentium abrumpere coactus es, tuamque taciturnitatem eximio cumulasti dono, quo maxime gavisus sum: tuis xeniis Martialis distinctionum tantum deerat, quod alias ne omittas; hac tamen epistula tua valde recreatus sum.

Laeti atque optatissimi de te ad nos perveniunt nuntii; in tuas litteras ac missas fac semper impendas; alumnos, quae es ornatus in docendo dexteritate, in litteris latinis sedulo imbue atque institue; ex tuis latebris exi teque apud illos humanissimos viros palam produc; quas vero edideris elucubrationes ad nos perferendas curabis, quibus legendis delectemur.

Ex opere tuo, quod ad nos benigne misisti —uti ex PALAESTRA intelleges— plura excerpti idque in posterum libenter praestabo.

Commentariolum vestrum plures jam annos —aegre id quidem ferens— non videram neque venustate et odore «Florum Campi» vestri delectari nequibam cum maxime exoptarem. Subnotatorum manifestaria quae postulas ad te mitto; et jam epistulam tuam cum novis lectoribus exspecto. Libros quoque opportune accipies qui utinam tibi placeant.

Commentaria tua in classicos scriptores, quae in PALAESTRA edantur, vehementer quoque exspecto In tuis occupationibus nostri memor eseo, nosque —ut facias— ama.

Martyrianus Brunsó, Presbyter, P. Jos. M.^a Mir, C. M. F. sal. p. d.

Neque patientiae tuae immemor, neque consuetudinis meae in PALAESTRA cessor, superioribus his diebus ad te nullas litteras misi: sed quod negotia plurima toto hoc temporis spatio me a scribendo retardarunt. Cum vero et intervallum jam satis longum —fortasse nimium— esset interiectum et tuam benevolentiam justamque interrogationem, quam de ratione scribendi mei nominis institueras atque ego libenter receperam, diligentius essem tecum recordatus, nolui jam amplius tuae curae manere debitorem.

De moribus et vita angelica nostri Sancti Martyriani in Anno Christiano Ptris. J. Croisset, S. J., singula explicata repertis, cuius festum etiamsi in pulchra nostra

civitate Balneolis (*Bañolas*) die vigesimo quarto octobris et publico et maximo cum honore patrōno tam praececlo debito, justa de causa celebretur, antiquitus tamen die quarto et vigesimo mensis sequentis jure meritoque celebratum esse constat. Ad scriptionem hujus nominis quod attinet, etymon —ut optime dicis— exposulat ut *Martyrianus* scribatur, non autem *Martirianus*, utope verbum a græca lingua derivatum; documenta quae exstant *Martirianus* quidem referunt, veluti esset ex vernacula lingua in latinum translatum. Tamen ad tuam sententiam accedo. Nam si voces *martyres*, *martyrologium*, cet. retinentur, cur non *Martyrianus*?

Quamdam de Prudentio tractatiunculam tibi, Deo favente, proxime mittam et, quamquam vix est commendatione digna, utinam sit tibi recreationi.

Morae amici et si quid sit incuriae, indulgeas quaeſo. Deus sit semper nobiscum.

Gerundae dabam, kal. sept. an. 1947.

Jos. M.^a Mir, C. M. F. Martyriano Brunsó, Presb. sal.

Quod in scribendo tuo nomine ad nostram sententiam adduētus sis, maxime gaudeo. Quae de Prudentio mittenda praenuntias desidero, tibique gratulor quod in commentario «Cristiandad» assiduus scriptor perstes. Nonne quaedam de *Cervantesio* et in nostra referes PALAESTRA? Plurimum in Domino vale.

Barbastro, III nonas novembres.

Epistolia soluta

X. C. (*Celsonae*). — In optimis scriptoribus ac dictionariis scriptum legi *conditio* et *ditio*, attamen recentiores litteram *c condicio* et *dicio* scribendum propugnant. Cui adsentiar?

— Illud retine praeceptum orthographicum: in compositis ac derivatis litteram *c* esse adhibendam cum radix postulat et continet eandem litteram *c*: sic *pernicies* (necem), *supplicium* (suppli-
cem, *supplico*), *convicium* (vocem); sic etiam *condicio*, *dicio*, cfr. *dic-ō*, *ju-dic-ēm*, *vin-dic-ēm*, *male-dic-ūs*, *causi-dic-ūs*. *Conditio* ex verbo *condio*, *conditum* procedit, et est actio *condiendi*, minime vero *con-dic-endī*. Ceterum in inscriptionibus semper legimus *condicio*, *dicio*, sic RIE-
MANN-GOELZER, *Grammaire Comp. du
grec et du latin*, § I, 128, GUARDIA-WIER-

ZEYSKI, *Gramm. de l. lat.* I, 50, Cfr. etiam BRÉAL BAILLY, *Dictionnaire étymol. latin*, (sub voce *dico*).

F. C. (*Celsonae*). — Dubio inhaesit animus cum de Corde Mariae loquerer; oportuit me dicere *Cor Mariae*, quod aut *Cor Mariae* quae? Scrupulum ex animo evellas.

— Si orationem effeceris, rem et dubitationem facile solves, sic «Cor Mariae, quod rosis, liliis, gladio ornatum vide-
mus, ad sui amorem nos revocat; et:
«Venerari oportet Cor Mariae quae Ma-
ter Dei et nostra est».

FR. F. X (*Villaefrancae*) et J. A (*Cel-
sonae*). — Quaesita vestra in chartario
remanent vobisque in proximo fasciculo
respondebo.



SPÉS — DICCIONARIO ILUSTRADO LATINO-ESPAÑOL ESPAÑOL-LATINO. — 2.^a ed. revisada por D. Vicente García de Diego. Ptas. 30

SPES. — DICCIONARIO ABREVIADO LATINO-ESPAÑOL ESPAÑOL-LATINO — Reducción del anterior para los primeros cursos del bachillerato. Ptas. 14

PABON-ECHAURI — DICCIONARIO GRÍEGO-ESPAÑOL con lista de formas verbales y apéndice gramatical. — 2.^a ed., revisada por D. José M.^a Pabón. Ptas. 40

DICCIONARIO GENERAL ILUSTRADO DE LA LENGUA ESPAÑOLA. — Prólogo de R. Menéndez Pidal y revisión de S. Gili Gaya,

Encuadrado en tela	Ptas. 125
id. en media piel	* 150
id. en piél	* 200

CARACTERISTICAS PRINCIPALES DE LA OBRA

Ahonda en los usos y significado esencial de los verbos mediante una sistemática concateación de sus acepciones.

Extrema la claridad en la explicación de preposiciones, conjunciones, adverbios.

Recuerda el origen de las palabras, mediante etimologías, prefijos, sufijos, parasintéticos, dobles etimologías.

Facilita la rápida y segura consulta de la Gramática, mediante la científica explicación de su terminología y los resúmenes de sus normas principales.

Trata los términos de religión, filosofía, derecho, etc., con especial rigor científico, dentro de la obligada concisión.

Señala los vocablos y giros incorrectos, junto con la expresión que debe substituirlos.

Da los plurales, diminutivos, pretéritos, etc., cuya formación puede ofrecer dificultades.

Cóncibe las ilustraciones, no como un mero adorno de la obra sino como explicación gráfica de la palabra.

EDITORIAL SPÉS

Paseo Emperador Carlos I, 149

Teleg. EDISPES

BARCELONA - 13


Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

VINOS DE MISA

J. DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza
EXQUISITA CALIDAD

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emitis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

www.culturaclasica.com

Bibliographia

C. PRÉAUX. — *Lés Grecs en Egypte*. — Bruxelles, Office de la Publicité, p. 90 — 1947.

Graeci, vestigia agminum Alexandri persequentes, per antiquas orientis regiones se profuderunt, quibus studium laboris novam quasi vitam injecit.

Plurimae graecae papyri, sub ruinis cuiusdam vici aegyptiani inventae, ostendunt quo modo in cultos agros exercerent facerentque in desertis locis florentia litterarum domicilia.

Multa, quae ad vitam et artem spectant, ut agrorum cultus, arbores, ligna, venatio, piscatio, apium cura, commercium, religio, cet. dilucide apteque exponuntur. Papyros investigantes, quo modo populorum cultus apponantur, intellegimus, quin confundantur.

Domnulae Préaux beneficio, «Collection Lebègue» novo opere atque eruditio locupletatur. JESUS ASPA, C. M. F.

J. GARCÍA PASTOR. — *Gramática teórico-práctica de la lengua griega*, I Nociones de Analogía, II Analogía. Edic. Gior. Valencia.

Liber, approbante Ministerio Publicae Institutionis prodit, atque juxta programma officiale exaratur, id est, methodum cyclicam insequitur. Praecepta nimium forte coartantur neque apta subtilitate traduntur, sic in verbis liquidis exponendis, cet. Neque facile auctori assentiamur dicenti suis brevissimis schematis — et ideo neque omnino presse prolati — Xenophontis mentem, et multo minus Platonis, explicari posse, cum optatum obliquum praetermitat, cet. Illud quoque cum doctoribus arbitramur plura verba non ope dictionarii sed in grammatica ediscenda esse, idque cito perficiendum, quamquam Sanctus Lucas vertendus tantum esset, maxime vero cum Xenophon, Crítón, Stus. J. Chrysostomus, Aesopus proponantur. Quod autem complendum appareat id A. in syntaxi forte obtinebit, in qua plane suus esse potest, quod sicca morphologiae expositio haud ita facile permittit.

J. GARCÍA PASTOR. — *Gramática teórico-práctica de la lengua latina*, I Noctones de Analogía, II Analogía, III Sintaxis, Edic. Paideia. Valencia.

EDELVIVES, — *Lengua Griega*, II curso, 252 pp. 30 pts. Edit. Luis Vives, Zaragoza.

Hoc secundo volumine continetur syntaxis graeca (1-93), dialecti (94-108), prosodia (109-120) cum locis selectis ex Chrysostomo, ex Xenophonte (e Cyropaedia), ex Critone, ex Anacreonticis, ex Homero (121-188). Quae superant pagellae vocabularium complectuntur.


Viam ac rationem — quae in ceteris libris F. T. D. appetit — hoc quoque volumen consequitur: praecepta presse, dilucide, breviter, exemplisque explicantur cum propriis hisque copiosis exercitiis in lingua tantum graeca. Quaedam tamen forsitan subtilius exponenda essent, uti tempora absoluta et relativa. Nihilominus hanc syntaxin inter optimas — quae alumnis mediae institutionis proponuntur — computamus.

R. MENDIZABAL, S. J. — *El Ingenioso Hidalgo D. Quijote de la Mancha*, de M. de Cervantes, Edición Aurea, 1025 pp. 22. pts. Edit Razón y Fe, 1946.

Aurea prorsus dicenda est haec editio magni nostri et ingeniosi viri Cervantesii, ex mole, ex impressione, ex pretio, ex picturis a cl. pictore Doré exaratis, ex textu — e principe desumpto juxta R. María editionem — quam tamen modice retractavit cum aluminis scholae mediae destinatur; quasdam scaenas omisit aut verbum aut paragraphum — id tamen significans — permutavit. Toto opere iudicium rectum sanumque praeest; ad quinque milia notae lexicales leguntur ex cl. v. Covarrubias praesertim promptae, quae alitis ad historiam, ad syntaxin, ad plenam eruditionem spectantibus — omissis quae ad aestheticam aut praeceptivam litterariam sese referunt — complentur.


A. PLANAS, C. M. F.

CURIOSA ET JOCOSA



*Pascua, rura, duces, cecinit; jam barbitos alma
Dulcia, non ludit, carmina Vergilii.*

MARIUS. C. M. F.



In transversum. — A Capite. Apri. — B Viscera. — C Nummus. Porrigeret. Pronomen. — D Habeant. — E Ales. Carmen. — F Perges. Exodus. — G Peterem. Invidia (Litt. versis). — H Vir. — I Pronomen. Inimicus. Praepositio. — J. Formula. — K Subtegmen. Examina.

In perpendiculum. — 1 Spumosa. Paciscitur.

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. Ilerdensi

- 2 Conjux — 3 Conjunctio. Bacchus — 4 Habitent. — 5 Dominas. Animal domesticum. 6 Principibus. Adverbium. — 7 Consilium. (Litteris versis) Genere. — 8 Fer. — 9 Pronomen. Dica. Lexa. — 10 Curras (Lit. versis). — 11 Signum militare. Modulatus sum.

L. Sala et Sacristán

PIGRAMMATA

195. NEMO DAT QUOD NON HABET

Cum fieret doctae ejusdam mentis [tio litis] Ille pido «memoras»? callidus [inquit homo]. Stultus ad haec: «sine me ut meum [morem] respondit. At ille: «Quod callere nequis [id memorare cupis?»

196. IN SCHOLA

- Scisne, puer, fuerit quo tempore condita Roma?
- Haud memini, verum... nocte fuisse reor.
- Nocte? — Quidem, vox est noctissima ab omnibus urbem Romam non uno convaluisse (die).

197. PUER ET MATRONA

- Dic mihi, parve puer, quid tantum pectore versas Ut, praeter solitum, sis taciturnus ita?
- Mater stridentes dixit te adhibe [re colores, Insuetumque sonum carpere pectus avet.

198. QUIDQUID DELIRANT...

Hunc medicum raeda juvat ire, illumve caballo. Huic haeres poenas debet, eiique cliens.

I. MAULEÓN, C. M. F.